

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Gottlieb Christophori Harles Anthologia Graeca Poetica

Harless, Adolf Gottlieb Christoph

Baruthi, MDCCXCII.

VD18 13527622

Sapphvs Ode In Venerem

urn:nbn:de:gbv:45:1-18225

Υψὲ χρόνον πατεῖν, ἐμέ 185
 Τε τοσσάδε νικαφόροις
 Ὀμιλεῖν, πρόφαντον σοφία κατ' Ἑλ-
 λανας ἔόντα παντᾶ.

ΣΑΠΦΟΥΣ ΑΙΣΜΑ

Ἔις Ἀφροδίτην.

SAPPHVS ODE

IN VENEREM *)

cile offendes. an scriptum fuit? τῆς ὕψ, tu autem reliquum vitae hac, quam consequutus es, altitudine, summa dignitate et felicitate, fruaris. — Τοσσάδε iunge eum ὀμιλεῖν, eo usque, ad illud usque tempus, h. e. aequae diu.

v. 186. σοφία (Steph. al σοφίαν) sapientia, h. e. arte atque ingenio poetico. παντᾶ, dorice pro πάντα, vti etiam quidam libri habent. vide Koen. ad Gregor. Corinth. pag. 95. Schmidius comparat illud Horat. I. 1. fin. Quod si me lyricis vatibus inseris, sublimi feriam sidera vertice.

*) De aetate Sapphus dissentiunt scriptores tam veteres quam recentiores. Eam tamen circa Olympiad. 42. floruisse, consentiunt. Vixisse illam sub Alyatte, rege Lydiorum et Croesi patre, testatur Athenaeus; Olympiade 44. Eusebius; Olympiade 42. Suidas. vide Io. Christiani Wolfii vitam Sapphus Lesbiae, pag. III. et IV. cui probabile admodum videtur, eam natam fuisse Olymp. 36. vel 37. alii aliter. de qua re et de poetria ipsa satis disputatum est in Fabricii B. Gr. vol. II. pag. 137. sqq. Patria Sapphus fuit Mitylene, seu Mytilene, hodie Metelin. vulgo dicta, vrbs clarissimae insulae nobilis et amoenae Lesbi, ab Aeolibus habitatae, et insulae Asiae ad occidentalem oram adnumeratae. Forma eius, facies et statura ita describuntur ab antiquis, vt ne inter

formosas, neque inter deformes feminas numerari possit. confer *Ouid. Heroid. epist. XV. 31. vbi canens inducitur*:

Si mihi difficilis formam natura negavit;

Ingenio formae damna rependo meae.

Sum brevis; at nomen, quod terras impleat omnes,

Est mihi: mensuram nominis ipsa fero.

Candida si non sum, placuit Cephæia Perseo

Andromede, patriae fusca colore suae. ---

At, me cum legeres, etiam formosa videbar:

Vnam iurabas usque decere loqui.

Cantabam, memini; (meminerunt omnia amantes)

Oscula cantanti tu mihi rapta dabas.

Vide quoque praeclaram ingenii laudem! Ingenium certe fuit splendidum, et suauitas, qua poemata condire solebat, ab omnibus omnis aevi eruditis hominibus celebrata fuit: metri Sapphici inuentrix dicitur, et memoria eius non solum in carminibus, quorum tamen minima pars ad nostram peruenit aetatem, sed etiam ab aliis tam in scriptis, quam in gemmis nummisque conseruata et posteritati tradita fuit. Plura vide de illa, quae alias decima musa dicebatur, praeter *I. A. Fabricium Biblioth. gr. l. cit. apud Wolfium* in vita supra memorata: atque Wolfio illi debemus locupletissimam editionem, ad quam, notis abunde instructam atque oneratam, critices studiosum ablego: est vero inscripta: *Sapphus poetriae Lesbiae, fragmenta et elogia, quotquot in auctoribus antiquis graecis et latinis reperiuntur, cum virorum doctorum notis integris, cura et studio Io. Christiani Wolfii, in Gymnasio Hamburgensi Professoris publici, qui vitam Sapphonis et indices adiecit, Hamburgi 1733. in 4.* Cum Anacreonte saepius editae atque explicitae sunt II. odae. In hac editione sequutus sum recensionem Brunckii, in *Analectis vett. poetar. graecor. vol. I. p. 54. sq.* Qui nubem variarum lectionum et coniecturarum videre cupit, is adeat Anacreontem ed. Fischeri atque Wolfii ed. mem. Brunck potissimum sequutus est *Vossium*, qui in notis ad Catullum p. 113. odam hanc dedit emendatam. adde *Dionys. Halic. de compos. verborum, vol. V. p. 173. sqq.* ibique interpr. ed. Reiske. Contuleram olim praeter ea Carmina nouem illustrium feminarum et Lyricorum ex bibliotheca *Fuluii Vrsini* Antwerp. 1568.

Ποικιλόθρον', ἀθανάτ' Αφροδίτα,
 Παῖ Διὸς δολοπλόκε, λίσσομαί τυ,
 Μῆ μ' ἄσαισι, μηδ' ἀνίσαισι δάμνα,
 Πότνια, Σῦμον.

Ἀλλὰ τυῖδ' ἔλθ', αἰ ποκα κατέρωτα

Τὰς ἐμὰς ἀνδᾶς αἰόισα ποῖν.

Ἐκλυες, πατρὸς δὲ δόμον λιποῖσα

Χρῦσεον ἤλθες

"Αρμ'

v. 1. ποικιλόθρ. Baxter. interpretatur, *πῖδο*, scilicet *curru*. Faber autem intelligit Venerem *præpotentem*, quæ multos ubique gentium thronos habet, cuius numen et coelum et maria et Plutonis regna peruadit: aut etiam *floridam et varia veste utentem*: Hesychius enim *θρόνα* inquit, *ἀνδρῶν καὶ τὰ ἐκ χρωμάτων ποικίλματα*, quæ interpretatio posterior mihi quidem placet; nam Venus ipsa est natura, præsertim veris, quæ flores vestiunt agros et omnia reuirescunt: vide, quæ ad Lucret. I. 1. in Anthol. lat. poet. scripsi.

v. 5. τυῖδ' (æolice, i. e. ἐνταῦθα) Vrsinus e codice Farnes. et Vossius, alique ita legunt pro τῆδ' et *Maittaire de dialect.* pag. 289. (ubi has quoque odas reperiēs,) dedit τυῖ δ'.

ἀποκα, æolicum hoc vocab. reposuit Vossius, probante Baxtero, pro ἀποτε. κατέρωτα, quod est æolicum pro καὶ ἐτέρωθε, Vossius legit, Brunck reuocauit et Paw ad Hephaest. p. 139. probauit. Sed Baxter antiquam lectionem, κατ' ἐρώτα retinet. *Tanaquil. Faber* graue vitium in metro, quod κατ' hoc loco longum esse deberet, censens, ita interpungit et emendat:

Ἀλλὰ τῆδ' ἔλθ', ἀποτε, καδδ' ἐρώτα

Τὰς ἐμὰς ἀνδᾶς αἰ, ἄς σὺ πολλὰ κ'

ἐκλυες.

Sed huc veni, si quando alias; et per amorem audi meam vocem, quam tu ante hac exaudisti. αἰ pro αἰς audi. Mihi vero placet, vt Baxterus scripsit, nisi forte, vt pro κατ' legas καδδ' poetice pro κατὰ δέ.

Q

- Ἄρμ' ὑποζεύξασα, κάλοι δέ σ' ἄγον
 10 Ὠκέες ἐρῶντες περὶ γᾶς μελαίνας,
 Πύκνα δινῶντες πτέρ', ἀπ' ὠραν' αἰθέ-
 ρος διὰ μέσσω.
 Ἄϊψ' ἄλλ' ἐξίκοντο· τύ δ', ὦ μάκαιρα,
 Μειδιάσας ἀθανάτῳ προσώπῳ,
 15 Ἦρε', ὅτ τι γ' ἦν τὸ πέπονθα, κ' ὅτ τι
 Δήτυ κάλημι.

Κοτ

v. 9. Aldus edidit σ' ἄγων, quod Baxter mutauit in τ' ἄγων.

v. 10-12. *Vrsinus* laudauit *Athenaeum* VIII. pag. 391. ed. *Lugdun.* vbi de passeribus multa scitu digna proferuntur, Venerisque currum ideo ab illis trahi, prodit *Athenaeus*, quoniam et ad Venerem promta est haec auis et fecunda: ac *Wolffius* memorat, cur passeres Veneri sint sacri, copiose exponere *Eusebium* ad II. β. pag. 171. ed. *Basil.* adde *Klotz* über den Nutzen vnd Gebrauch alter geschnittener Steine etc. pag. 202.

In Aldi Rhetoricis aliisque editis decimus et sequens versus valde vitiose sunt exscripti: πτέργας pro πτέρυγας, (vt Baxter alique dederunt,) alii exhibuerunt περὶγας, quod *Vossius* audacter mutauit in περὶ γᾶς μελαίνας: qui etiam corruptam Aldi lectionem ὠρανῶ θέρος δ' ἔμμεν πο bene mutauit in ἀπ' ὠραν' αἰθέρος etc. vulg. etiam δινεῦνται.

v. 14. μειδ. *Homero* pluribus locis dicitur φιλομειδής *Odyss.* 9, 362. ad quem locum *Clark*, *Ouid.* epist. XVI. 83. Dulce Venus risit, excitauit, ad nostrumque Sapphus locum *Horatius* I. od. 2. v. 33. respexisse videtur *Vrsino*.

v. 15. Ἦρε' pro ἦρεο, et hoc ionice pro ἦρε, interrogabas. Deinde variant editores et codices. *Vrsinus* et *Portus* habent χ' ὅττι δεῦρο καλοῖμι. Aldus ὅττι δι' ἦντε κάλημι, quod mutauit Baxter in ὅττι δ' ἦν τε κάλημι. *Vossius* legit ὅττι δύντε κάλλημι. *Aug. Matthiae* in *Obss. criticis* *Gotting.* 1789. 12. pag. 12. malit τινός καλημι, vt versu 5.



Κ'ὅτ τι γ' ἐμῷ μάλισ' ἐθέλω γενέσθαι
Μαινόλα θυμῷ, τίνα δ' αὖτε πείδημι
μι σαγηνέσσαν Φιλότατα, τίς σ', ὦ

Q 2

Σαπφοί,

v. 18. Μαινόλα, (Aldus ediderat καινόλα,) *insano, furioso*, vti *Wolffius* docet, idemque, epitheton Bacchi esse hoc vocabulum, probat testimoniis *Plutarchi* de ira cohibenda, tom. II. Opp. pag. 463. B. et *Eustathii* ad *Iliad.* Z. pag. 484. edit. Basil.

v. 19. Priusquam usum voc. σαγην. ostendimus, de varietate lectionis pauca disputamus: *Faber* legendum censet, πείθω, *suasione impello*, non πειθώ: deinde σαγηνέουσαν (hoc est ἀνά) φιλότητα: et ita locum interpretatur: „Rogitabas, quid potissimum animo meo furenti fieri vellem: quem adolescentem in amorem suasionibus meis inducerem, aut reti amatorio captarem; addens hoc quoque, quis te iniuria afficit, quis tibi molestus est, mea Sappho? „*Vossius* legit, πείδημι σαγηνέσσαν Φιλότητα, Cuius, o Sappho, iterum capta amore teneris? ut apud *Phaedr.* IV. 4. 4. *formosam et oculis venantem viros.* Baxter defendit αὖτε πειθώ καί, et Theocriti, ait, Ἰνγξ̃ dicitur interpreti graeco ad *Idyll.* II. *Pharmaceutr.* v. 17. Τῇ φύσει ἔχειν ἐρωτικὴν τινὰ πειθῶ natura sua habere quamdam amatoriam suadam. Non solum haec ὑποτύπωσις amantium, eorum animi motuum, sed etiam translatus vocabuli σαγ. usus creat lectori voluptatem: σαγὴν enim, *sagena, verriculum, euerriculum*, rete est piscatorium, ab euerrenda aqua sic adpellatum. Hinc σαγηνεῖν, unde σαγηνέειν, est *sagena venari*, aut *pisces capere*. Quemadmodum igitur pisces sagena et retibus piscatoriis pisces venantur et capiunt: sic etiam amatores suis verborum illecebris et philtiris eos capiunt, vel capere conantur, quorum amore flagrant: vti *Portus* iam pulcre observavit. Pari modo *Xenophon* mem. Socr. I. 2. §. 24, Ἀλκιβιάδης — ὑπὸ πολλῶν καὶ σεμνῶν θηρώμενος, ad quem loc. vide *Ernesti*. Idem *Xenoph.* ib. II. cap. 17. pag. 89. sq. θηρᾶσθαι de comparandis amicis suauiter dicit, vbi vide *Ernesti*. σαγηνέειν autem non solum de piscibus et illecebris amantium; sed audacius quoque de



20

Σαπφοῖ, ἀδικῇ;
 Καὶ γὰρ αἱ φέυγει, ταχέως διώξει·
 Ἄι δὲ δῶρα μὴ δέκετ', ἀλλὰ δώσει·
 Ἄι δὲ μὴ φιλῇ, ταχέως φιλάσει,
 ἢ οὐκὶ ἐθέλοις.

25

Ἐλθέ μοι καὶ νῦν, χαλεπαῖν δὲ λῦσον.
 Ἐκ μεριμνᾶν ὅσα δέ μοι τελέσσα
 Θῦμος ἰμέρῳ, τέλεσον, τὸ δ' αὐτὰ
 Σύμμαχος ἔσσο.

Ἰ. Αἰσμη

capiendis et venandis hominibus, de occupandis et euer-
 tendis vrbibus: vide indicem, *Wolfium* ad *Sapph. Val-*
ckenar. ad *Herodot.* III. pag. 273. *Wesseling* et *Gronou.*
 ad eund. libr. VI. pag. 451.

φιλότατα, τίς τ' ᾧ reposuit *Baxterus* pro lectione mi-
 nus Aeolica φιλότῃτα τίς σ' ᾧ.

v. 21. *Anna Fabri* existimat, haec esse mere historica,
 atque oden scriptam esse, postquam *Phaon*, ad vitan-
 das *Sapphus* illecebras, se ex insula *Lesbo* in *Siciliam* de-
 portauerat.

v. 24. In vulgatis editum est κ' ὅττε κελύης, *Ursinus*
 habet κ' ὅττι. In libris autem scriptis reperit *Vossius* ἢ
 καὶ ἐθέλοις, quod verbum tantum mutauit in ἐθέλλοις, et
Brunck recepit. *Baxter* sequutus vestigia codicis *Aldi-*
ni, κ' ὅν κ' ἐθέλος rescripsit κ' ὅν κ' ἐθέλοις.

v. 28. Ceterum *Dionys. Halicarn.* in libr. laudato p.
 179. ed. *Reiske*, ex latina interpretatione. „Huius ora-
 tionis, inquit, venustas et gratia ex contextu verborum
 et compositionis leuitate proficiscitur. Nam verba sibi
 inuicem adponuntur, et necessitudine quadam ac natura-
 li coniunctione litterarum contexta implicantur. Mutis
 siquidem et semiuocalibus vocales per totam fere oden,
 quae praeponi soleant aut postponi, coaptantur. Sunt
 autem semiuocalium cum semiuocalibus vocaliumque in-
 ter se concursus, qui sonos perturbent, prorsus paucissi-
 mi. - - Iure facta est haec oratio inprimis et pulcre fluens
 et mollis; siquidem verborum structura sonum non red-

ᾠδή εἰς Κόρνυ.

SAPPHVS CARMEN II *)

AD MVLIEREM ADAMATAM.

dit inquietum etc.^a Quantum igitur pretii et suauitatis in quacumque alia interpretatione huius carminis perit! Pari modo a suauissima structura et litterarum sono vinculoque mire laudatur initium Orationis Demosthenicae de Corona. Nos vero, qui mollem illam dulcemque litterarum graecarum pronuntiationem non habemus, illam venustatem vix adsequi et sentire possumus. Iam si hominem graecum, in Graecia natum et eductum, hodiernum audimus graece loquentem, ab Attico et vetere pronunciandi modo forsitan multo desciscientem, in coniungendis, pronunciandis et emolliendis litteris et vocibus dulcedinem quamdam sentiemus, et mobilem organorum quamdam leuitatem cognoscemus, ita vt nos illis barbare et inficete loqui videamur.

*) *Longinus* *regi* *Ὀψς*, Sect. X. de venerationibus, artificio, et naturali pulcritudine arteque soni in coniungendis litteris acutum tulit iudicium, quod *Wolfius* in *Sapphus poetriae Lesbos fragmentis* etc. (Hamburgi 1733.) pag. 38. seq. cum variorum notis describi fecit. In eadem *Wolfii* editione p. 16. fqq. hoc carmen tot variorum observationibus illustratum onustumque est, vt delectus esset haud facilis. Quare breuiore erimus, et lectores ad illam notarum nubem ablegamus: vbi etiam *Catulli* (carm. LI.) interpretationem vel potius imitationem, *Ille mihi par esse Deo videtur* etc. et gallicam interpretationem *Boilauii Despraei* inuenies. *Pearce* ad *Longin.* comparauit *Lucret.* libr. III. v. 153. *Virgil.* *Aen.* III. 68. fqq. *Toup.* in ed. II. *Longini* de sublim. p. 42. sq. multa mutauit, et in notis p. 299. fqq. explicuit, *Oxon.* 1778. m. 8. In *Gruteri* *Lampad.* tom. II. tom. III. et V. a variis explicitum est carmen nostrum mellitissimum: conf. quoque *I. H. Schurzfleisch* in *Longino* ad fidem codicum a *Tollio* omissorum recensito. *Witteb.* 1711. in 4.

